

θαύμαζεν. Ὅμως τὰ δεδογμένα τελέσαντες τῷ νόμῳ, ἐπεὶ περ ἅπαντα τοῦ νόμου πληροῦν ὁ Χριστὸς παραγέγονε, καὶ ἀνάπαυσιν διδόναι τοῖς τοῦ νόμου προστάγμασιν, εἰς Ναζαρέτ ἐπανέρχονται· ἔνθα καὶ πρὸς τοῦ ἀγγέλου Γαβριὴλ εὐηγγελίσαστο ἢ τὸν Σωτῆρα τῷ κόσμῳ γεννήσασα, ἐξ ἀσπόρου μὲν συλλήψεως κυήσασα, παρθένος δὲ μετὰ γέννησιν μείναςα, καὶ πᾶσι δεικνύουσα τοῖς βλέπουσιν, ὡς ἐγνωρίσθη Θεοῦ τὸ Σωτήριον, καὶ τὸ φῶς τοῖς ἔθνεσιν ἔλαμψε· καὶ ὡς Θεοῦ δικαιοσύνη καὶ λύτρωσις πᾶσι τῆς γῆς ἐφάνη τοῖς πέρασιν· καὶ δόξαν τοὺς δεδεγμένους ἐνέδυσσε θεϊκὴν ὁμοῦ καὶ ἀτίδιον, καὶ ῥεῦσιν καὶ φθορὰν οὐ γινώσκουσαν.

ORATIO IN OCCURSUM DOMINI ...<sup>1</sup>PG  
33, 1193

VI. Ἀλλὰ γὰρ φέρε λοιπόν, τὰ περὶ τῆς ἡμέρας ἐκ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ἀκούσωμεν. Φησὶ γὰρ περὶ Χριστοῦ ὁ θαυμάσιος Λουκᾶς, ὅτι· «Ὅτε ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως, ἀνήγαγον τὸν Ἰησοῦν εἰς Ἱερουσαλήμ, τοῦ παραστῆσαι αὐτὸν τῷ Κυρίῳ, καθὼς γέγραπται ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου· Ὅτι πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται». Σαμουὴλ μὲν οὖν, καὶ Ἰσαάκ, ὁμοῦ τε καὶ Ἰακώβ, Ἰωσήφ τε, καὶ ἕτεροι οἱ ἐκ στειρώσεως παρ' ἐλπίδα τεχθέντες, καὶ διανοίξαντες ἀκάρπους μήτρας μητέρων, ἅγιοι τῷ Κυρίῳ ἐκλήθησαν. Χρι-

2021

iis quae lege praecepta erant; siquidem advenit Christus omnia quae legis sunt impleturus, ac finem legis praeceptis daturus; in Nazaret remigrant, ubi a Gabriele faustum nuntium acceperat ea quae Salvatorem mundo genuit, quaeque sine semine concipiendo praegnans fuit, et virgo post partum mansit, videntibusque omnibus ostendit notum factum esse salutare Dei, lumenque gentibus illuxisse; Dei item iustitiam ac redemptionem in omnibus terrae finibus apparuisse; ac quotquot receperunt eum, gloria divina pariter ac sempiterna induisse, fluxionis simul ac corruptionis nescia.

PG  
33, 1194

VI. Agedum vero, quae ad praesentem diem spectant ex sacris Evangelii audiamus. Ait enim de Christo admirabilis Lucas: *Postquam impleti sunt dies purgationis eorum secundum legem Moysi, adduxerunt Iesum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quoniam omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur.*<sup>2</sup> Samuel quidem et Isaac, una cum Iacob, Ioseph, aliisque qui ex sterilibus praeter spem editi sunt, et infecundas matrum vulvas aperuere, sancti Domino sunt vocati.

2021

<sup>1</sup> Oratio haec (quae exstat in App. op. S. Cyrilli Hierosolymitani) videtur esse cuiusdam *Anonymi* saeculi v, vel (forsitan) *Iuvenalis Hierosolymitani* (saec. v) (cf. RPhTh, 542).

<sup>2</sup> Lc. II, 22-23.

στὸς δὲ ὁ μόνος ἐκ μόνης (τοῦ μόνου Μονογενῆς) Παρθένου τεχθεὶς, καὶ μὴ διανοίξας πύλας παρθενικάς, οὐχ « Ἅγιος τῷ Κυρίῳ », ἀλλ' « Ἅγιος τῶν ἁγίων », καὶ Κύριος τῶν κυρίων, καὶ Θεὸς τῶν θεῶν, καὶ πρωτότοκος τῶν πρωτοτόκων, ἄρχων τε ἀρχόντων, καὶ βασιλεὺς βασιλευόντων, καὶ κληθήσεται, καὶ πιστευθήσεται, καὶ προσκυνηθήσεται, καὶ νῦν ἐν τῷ ναῷ ὑπὸ Συμεῶν κηρυχθήσεται.

HOMILIA IN LAUDEM S. MARIAE DEIPARAE<sup>1</sup>

2022

[...] Νῦν δὲ τολμήσω περὶ τῆς μόνης Θεοτόκου καθ' ὃ καταλαμβάνω καὶ πάλιν φοβοῦμαι. Οὐκ ἔχω γλῶτταν ἀξίως εἰπεῖν τὰ λίαν μεγάλα. Ἰσχυρόφωτος γὰρ καὶ βραδύγλωστος, καὶ οὐκ εὐλαλὸς ὑπάρχω, ἵν' οὕτως εἶπω, περὶ τῆς μεγαλωνύμου καὶ δόσιας καὶ ἀπειρογάμου καὶ θεοτόκου Μαρίας, μητρὸς τοῦ Κυρίου· περὶ ἧς οὐκ εὐμαρῶς ἀνθρώπων γλῶττα λαλήσει. Ἰσχυροφωνεὶ γὰρ πρὸς ταύτην, καὶ ὑποστέλλεται ἢ γλῶσσα, οὐκ ἀξίως ἔχουσα τὸ λέγειν. Αὕτη γὰρ καὶ τὰς τῶν οὐρανῶν δυνάμεις ἐξένισεν· ἐξέστησαν πάντες ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, ἀρχαί, ἐξουσίαι, θρόνοι, κυριότητες, τὰ χερουβείμ καὶ τὰ σεραφεὶμ καὶ πᾶσα στρατιὰ ἀγγέλων φόβῳ καὶ τρόμῳ δεινῷ συσχε-

PG  
43, 488

Christus vero, qui utpote unius ac solius unigena, solus ex sola virgine natus est, nec virginales portas aperuit, non *Sanctus Domino*, sed *Sanctus sanctorum* et Dominus dominorum, et Deus deorum, et primogenitorum primogenitus, et principum princeps, et regnantium rex, cum vocabitur, tum credetur et adorabitur, nunquam a Symeone in templo praedicabitur.

2022

[...] Iam vero audeo, dicam de sola Deipara, quatenus assequor; denuo tamen vereor, utpote qui lingua non sim praeditus idonea ad ea dicenda quae sunt valde magna; sum enim exili voce tardaue lingua, et minime disertus, ut sic verba facere possim de percelebri, sancta, innupta et deipara Maria matre Domini, de qua leviter loqui non debet humana lingua. Pertenuem enim habet vocem illius habita ratione, et imminuta est lingua, quae pro dignitate facultatem dicendi non habeat. Illa siquidem vel coelorum virtutes in stuporem convertit. Obstupuerunt omnes angeli, archangeli, principatus, potestates, throni, dominationes, cherubim ac seraphim et angelorum universus exercitus, timore tremoreque gravi detenti, quia cernebant illum, qui habitat in coelis, per eam versari

PG  
43, 487

<sup>1</sup> Viri docti attribuunt Homiliam hanc (extat inter spuria S. Epiphani) *Germano Constantin.*, aut *Anonymo* eiusdem temporis, vel alio *Anonymo* saeculi 8 (cf. RPhTh, 542).